

63. Reddit hominem bonum aut malum.

S. Amb. de Inf. Int. P. 17. c. 3.

Cum Dens creavit omnia, omnia laudavit præter hominem: Quare respondet S. Ambrosius: quia in interiori, hoc est per suam libertatem antea probandum erat.

B. Ser. 2. n. 10. C. Gen. 1. v. 29. & 31. Anima sicut scutum levigatum est, in quo insculpenda sunt patata facinora.

B. Ser. 2. n. 11. Seraphim stabant ante thronum habentes quatuor alas, quarum duas volabant. Quomodo autem stabant, si volabant: sicut flamma in lampade stat & tamen sursum tendit &c. Ita homo habet quidem alas, quibus a Deo avolare potest, si tamen flans perseverat, hoc illi imputatur ad meritum. Audi Bernardum: Solum homini inter animalia datum est posse peccare, datum autem non ut proinde peccaret, sed ut inde gloriosior appareret, si non peccaret, cum peccare posset. B. Ser. 20. n. 14.

S. Hier. de Rom. B. c. 10. Cant.

Philosophus ait: Quæ in nostra sunt potestate, ea agere & non agere possumus. Et circa hæc versatur lex, laus, vituperium, poena & præmium; ad ea enim, quæ non sunt in nostra potestate, nemo horatur, præcipit, punit: nemo de illis consultat, deliberat, eligit, sicut non eligimus famere, frigere, sed ea paritur.

C. in Can. in Epist. S. Pauli Canon. 15. Deus potuisset Divina virtute convertere Mundum, quia habet remedia infinita commovendi violenter & frangendi hominum corda. Sic Christus Dominus in vita & passione sua potuisset lignis evidenter demonstrare suam Divinitatem! Potuisset in horro Gethsemani, ubi a lictoribus captivus ligabatur, abrumperne funes & catenas, atque, prout ad Petrum dixit, e caelo evocare legiones Angelorum ad sui defensionem! Potuisset in flagellatione induere gloriam Montis Tabornæ! Potuisset iniquos iudices tertere eo vultu, quo in die iudicii terretur peccatores damnatos! Potuisset perveraciam filii frangere terribilibus prodigiis, quam olim Moyses terruit Pharaonem! Potuisset facere, ut manus, & brachia percutientium obrutescerent, & illi tanquam saxa & trunci inutiles hæterent. Potuisset in cruce commutare solari splendore, & elementa omnia commovere, ignem, ut fulminibus excinderet crucifixiones, aërem ut procellis turbidibus illos collideret, terram, ut apertis faucibus illos devora-

ret, aquam, ut effluis imbribus illos suffocaret. Sed hæc omnia noluit, ut libertatem impiis relinquere. Invitavit signis, ut agnoscerent suam Divinitatem, suavit, ut crederent, non cogit. Similiter hodieum hæreticus suggerit motiva ad credendum, non cogit. Vident illi infelicitatem Judæorum; quod non obstantibus tot lignis Messiam recipere noluerint, quod si funesto eorum exemplo sapere, veramque fidem amplecti nolint, relinquunt illos suæ obstinatie! Quare non vi compellit? Quia grata illi non est conversio, nisi sit libera!

CORPUS HOMINIS.

64. Est mirandum opus Omnipotentia Divinae.

S. Amb. L. 6. c. 26. Sanctus Ambrosius de mirabili corporis structura ita disserit: *Humani corporis fabricam inslar esse mundi: squidam, ut celum eminet aeri, terris maria, quæ vult quaedam membra sunt mundi, ita etiam caput supra reliquos artus cervinus emineret: in arce autem hac regalem quandam habitare sapientiam. Rursus quod sol & luna sunt in caelo, hoc sunt oculi in homine: sol & luna duo mundi lumina, oculi autem quædam in carne sidera surgunt desuper, & inferiora claro illustrant lumine. . . . quam speciosa carniæ? Quid sine capite est homo, cum totus in capite sit? Hinc frons libera, qua mentis habitum specie sui prædat: Imago quædam animi loquitur in vultu: Gemine series superiorum oculi munimenta præterunt, prætexunt gratiam. C. Gen. 2. fol. 64. col. 2. Vide supra titulum Homo, ubi describitur esse microcosmus.*

Mirabilis est dimensio corporis humani: Homo enim alius est quatuor cubitos, cubitum computando ad sesquipedes, & pedem ad quatuor transversas manus. Pariter ab extremitate digiti ad alteram digiti extremitatem in expanso homine est quatuor cubitorum mensura. Longitudo faciei est hominis totius decima pars, oculi longitudo & latitudo quadragesima quinta pars. Longitudo nasæ trigesima pars. Linea a maxilla ad verticem octava pars, collum decima quinta pars, latitudo pectoris sexta pars. Umbilicus est medium hominis &c. D. 3. 24.

Corpus hominis habet musculos fere quadringentos, ossa ducenta viginti quatuor, tanto artificio compacta, ut singula

S. Amb. L. 6. c. 26.

ossa quadraginta usus habeant. VV. art. disc. font. 74. ex. 5.

65. Debet subesse Domino anime.

Per tria morietur terra, &c. quantum non potest sustinere, ait Salomon, Tria illa sunt servus regnans, stultus satur, & uxor multiloqua. Quartum autem est ancilla cum fuerit heres Domine suæ, id est corpus, cum regnat super animam &c. B. Ser. 2. n. 18. Vide titulum Anima, ubi docetur, quod debeat esse Domina corporis.

Neque morose, ac tædiose debet corpus tullese anime, sed cum alacritate: In omnibus operibus suis esorvolor, monet Ecclesiasticus, id est, diligens, strenuus, excitatus, ac solers: nulla aecidia, nullus torpor irrepit in iis, qui præcipit anima: de Christo Domino dicitur in Cantica: Ecce, iste ventis alens in montibus, transiens colles, similis est caprea, binuloque ceruorum. De Beatissima V. Maria testatur sacrum eloquium, quod accepit per Angelum nuncio de incarnatione Dominica, abijt in montana cum festinatione. Sic omnes Sancti erant alacres ad omne bonum, præsertim in executione suæ Vocationis &c. in Eccl. c. 31. v. 27.

Can. 2.

Sancti ad horrorem usque affligerunt corpus jejuniis, vigiliis, ciliciis, aliisque austeritatibus, ut illud domino anime perfecte subicerent. C. in Ad. Ap. c. 1. verf. 3. Sanctorum corpora post mortem mirabiliter ab Angelis, ab elementis, a brutis fuerunt honorata, aut ab omni corruptione præservata. Verum hæc gloriam non promerere, nisi per omnimodam subjectionem erga animam in negotio salutis. C. in Isa. 11. v. 10. Item Ezech. 37. v. 28.

66. Rebellat contra animam per passiones.

Pugnã continuã corporis per rebellantes passiones deploravit David, exclamans: *Miserere mei Deus, quoniam conculeavit me homo*, id est, Vetus homo cum concupiscentiis suis: *Multi bellantes adversum me*, id est, carnales affectus, quos tanquam satellites concupiscentia contra me educit. Hostes nostri domestici sunt, non alienus quærendus est, ait S. Laurentius Justinianus. S. punct. 108.

Dan. 7.

Urbard. de S. P. 11. l. 3. de Urani. c. 1. v. 199.

Ecce! quatuor venti pugnant in mari magno, & quatuor bestie grandes ascendunt de mari. Ubi Richardus: Quid per ventos nisi cor instabile? quid per ventos nisi rebelles passiones: quid per bestias, D. Claus Spicci. univers. Pars 1.

nisi bestiales motus designantur: Quatuor venti sunt quatuor præcipue passiones, quæ dum agitantur in mari cordis, nunc bestiam unam, nunc alteram excitant, nunc lecanam insolentem, nunc ursum luxuriam, nunc pardum hypocrisis &c. S. punct. 110.

Exclamat Apostolus: *Inselix ego homo, qui me liberavit ab corpore mortis hujus?* Quare liberari cupit? Propter molestiam & importunitatem pugne; concupiscentia enim carnis tanquam hostis domesticus semper nos affligit, & oppugnat. S. punct. 112.

Sed cur Dominus Deus continuam hæc ad molestiam pugnam admittit? Nempe ad humilitatem nostram: *Ne forte multiplicetur bestie agri contra te.* Ait Sanctus Bernardus: O quot bestia superbia, inanis gloriæ, jactantia insurgent, si nihil adversi in se homo pateretur. S. punct. 109.

Rom. 7.

Deut. 7.

1. Reg. 15.

67. Debet subjugari cum passionibus suis.

Maledictus, qui prohibet gladium suum, i. sanguine: hoc est, qui rebelliones corporis dominari permittit. *Maledictus, qui facit opus Dei negligenter:* ubi sfidus Clarius: Opus Dei erat eliminare & devastare Moabitas, & qui hoc negotium negligenter agebant, maledicebantur: *Peperit Saul Amalec & Agag,* idem reprobus est. S. punct. 108.

David cum sciret aquam de cisterna in Bethlehem, cupiditatem habuit quidem, quæ rationem prævenit, sed restitit, dum eam Domino libavit. Ubi S. Ambrosius ait, Davidem in effusione aque fuisse fortiores, quam tres heroes, qui per medios hostium cuneos eam attulerant; quia facilis est aliis, quam sibi ipsi vim inferre. S. punct. 109.

Nec obicitur homo difficultatem aut impossibilitatem; quia plus virium habet mens ad tenenda membra carnis, quam concupiscentia ad movenda. S. punct. 109.

Abneget semetipsum: Hæc abnegatio nihil est aliud, ait S. Basilus, quam summa rerum omnium vitæ suspectioris oblitio, atque a sui ipsius voluntatibus recessio. Passiones, si non fræmentur, tyrannice nobis dominantur. Contra hæc tyrannidem congeritur Ecclesiasticus, & Deum rogat pro ejus resignatione: *Beatus, qui non servit indignis se.* Servire se sper est durum, sed indignis servire durissimum: tales indigni, seu tyranni Domini sunt.

Q

funt rebelles passionones corporis. S. punct. 108. Vide infra: *Quinque sensus hominis.*

68. Cur concupiscentia obnoxia sit?

Primo, ait Theodoretus, quia id conueniens est, ad pugnam spiritualis exercitum: Populo Israel tota terra Chanaan promissa est, & tamen rebelles populi durabant usque ad tempora Davidis. Qua de causa? Respondet S. Augustinus: *Pari illa, quo nondum fuerat in possessionem data, iam fuerat data in quamdam exercitacionis utilitatem.* Ita Deus concupiscentiam carnis non extinxit, ut homo haberet hostem, contra quem cum Dei gratia pugnaret, & non otio torperet. B. Ser. 33. n. 11. & seq. Item Ser. 54. n. 16. 17.

Secundo, ut homo Christianus etiam in licitis disceret mortificationem. Rex David, quia a concupiscentia fuit deceptus in illicitis, ideo etiam in licitis fuit cautus & circumspexus; hinc fitiens effudit aquam, quia etiam titulus necessitatis ei fuit suspectus. S. punct. 112. Sara (id est Virtus) eiecit e domo Ismaelem, quia ludebat cum Isaac; quo causa huius auerteritatis? ludere enim est conueniens huic grati. S. Paulus Apostolus hunc ludum vocat *persecutionem*; si ergo Ismael (id est caro) cum Isaac (id est cum spiritu) ludere presumat, eiecit, id est, resistit, ne sub specie Iudi persecutionem patiaris. S. punct. 112.

Tertio, ut homo semper sit paratus ad bellum pro conservanda & defendenda anima: *Ponat Vir gladium suum super femur suum.* Ita precepit Moyses Levitis: ubi Ambrosius: Ille est verus Levita, qui carnem, ac passionum corpus cum vitis suis interimit. S. punct. 112.

Quarto, ut homo magnam habeat confidentiam in Deum, & Christum Crucifixum: Invisceratam spiritus & carnis pugnam valde molestam esse expertus est S. Paulus; ideo ad retundenda prava desideria invocavit Dei auxilium. S. punct. 112. Cum Israelite in deserto a serpentum moribus vulnerarentur, Moyses erexit serpentem anem, cuius aspectu fuerant sanati. Quasi, si Deus voluit sanari vulneratos, & preservari non vulneratos, cur non extinxit venenosos serpentes? Ideo, ut totus populus semper haberet confidentiam in aspectu serpentis anei. Serpens hic aneus fuit typhus Christi crucifixi: adeoque concupiscentia non fuit extincta, ut semper oculos, animamque

S. Aug. l. 11. in 169.

Exo. 1. 30. S. Amb. Ep. ad Romul.

confidenter elevare disceremus ad Crucifixum. B. Ser. 33. n. 12.

Cor hominis.

69. Est oblatio, quam Deus pro omnibus rebus desiderat.

Holocaustum Abelis placuit, non placuit Caini: Quare? Ruperus ait: *Cain seipsum retinuit repositum habens cor cupiditate terrena: Abel vero cor suum, deinde rem suam obtulit.* B. Ser. 84. n. 8. C. Gen. c. 4. v. 4.

David inclinavit cor suum ad faciendam oblationem Deo. B. Ser. 85. n. 7. Deus primogenita petiit ab Hebraeis: primogenitum censeripotest cor; qui in homine primo pre aliis membris formatur. Sic Aeschines Magistro suo Socrati cor suum, id est, seipsum donavit: cui Socrates: studebo, ut meliorem te reddam quam accepi. C. Exod. 13. v. 2. 4. 33.

Gentiles absurda sacrificia idolis suis offerebant: Jovi arietem, tauro Neptuneum, capram Apollini, hircum Baccho, alinum Priapo, gallinam Esculapio, cervam Dianae, columbam Veneri! Apage cum his mugis! cor petit Deus, & quidem totum cor! Non sicut Cain, Nadab & Abiu, Ananias & Saphira, dimidiatum cor obtulerunt! Non conveniunt Dagon & Aera, Christus & Belial, nec in una cordis sede morantur! *Fecisti nos Domine ad te, & in inquitum est cor nostrum, donec requiescat in te!* Ginther Cor JESU conf. 45. n. 5.

Cor quia principia pars hominis, ideo Deo digna est: nam 1. Cor vocatur Mens & intellectus, ab illo enim sicut spiritus vitalis corporis; ita & anime procedunt, omniumque potentiarum. 2. Cor sapientia est ipsa anima. 3. Cor significat affectionem, benevolentiam, amorem, ut omnia radia & molestias, que in docendo rudes occurrunt, generose superet. &c. C. Prov. 16. v. 23.

Cor pro principali membro hominis reputatur, ideo in corpore politico comparatur Sacerdotibus, caput Principibus, pedes subditis. Deo autem competit oblatio partis principalissime. C. in Ita. 1. v. 6. Quid Deo magis acceptum, gratumque quam voluntas? Cor autem habetur pro voluntate: 1. quia sicut cor est principium vite naturalis, ita voluntas principium est vite pie. 2. Sicut cor est officina spiritalium,

Exod. 13.

S. Aug. conf. 1. 1. 1.

ritum, & causa omnis motus & actionis; ita voluntas est officina virtutis & vitii, meriti & demeriti. 3. Quale est cor, talis est spiritus & habitus corporis: ita qualis est voluntas, talis est & homo. &c. C. in Ezech. 36. v. 26.

Cor mundum est hostia Deo debita 1. quia Deus est purissimus Spiritus. 2. Quia per efferantiam est ipsa sanctitas: decet ergo cum victima sancta. *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.* C. in Jac. ep. 1. v. 27.

70. Est insatiabile in suis desideriis.

Quantum olim fuit, quantum sit cor hominis? & responsum fuit esse parvum & magnum; parvum, quia in nota illa fabula Promethei milvus quotidie devoravit cor illius semper renascens: magnum autem; quia saturari non potest toto mundo; Cardinalis Hugo ait: *Cor parvum est, sed magna cupit: Vix ad unum milvi refectum sufficere possit, & totum mundus ei non sufficit.*

Regis Afferri Aulicus Aman habuit omnia, fuit secundus a Rege, abundavit divitiis, autoritate & deliciis, & tamen infelicem se reputabat, quia non satis honorabatur a Mardochoo, ideo etiam excidium meditabatur Judaeorum.

Dives Epulo assuebat divitiis, ita ut iis aservandis haud satis loci seu spatii haberet, & tamen ingemiscendo concludit: Dilatabo horrea mea.

De Alexandro Magno dicitur, quod post subjugatum orbem terrarum dolerit, non supersesse alium orbem, quem sibi subiret. Unde tanta insatiabilis? Nempe quia cor humanum capax est infiniti boni, id est, Dei ad quem creatum est, unde bono mere finito satiari non potest.

71. Custodiendum ab omni immunditie.

Pro corde mundo continuo exorandus *Deum* est Deus, qui dicit: *Auferam cor lapideum & dabo eis cor carnosum!* Id autem fit 1. quia Deus auferit duritiam, id est obfirmationem, & perniciam ab anima. 2. Mollitiam indicat animae, ostendendo rationi, planum esse virtutis iter, ita, ut quicquid arduum est, facile superet per open Dei, considerando aeternitatem premium, & poenarum. 3. Quia Deus, qui continet omnes voluntates hominum, illi fovet illabitur, fleatque ut libere conueniat, sequat ad matrem Dei sub-

Math. 5.

Ezech. 11.

ciat. C. Ezech. 11. v. 19. Sicut ergo obfirmacionem, aliaque qualitates, que ad virtutum inclinam, e corde auferit; ita habitus & qualitates, que ad virtutem disponunt, cordi infundit, cui atque homo cooperari debet. C. Ezech. 36. vers. 26.

Remedia autem conservandi munditiam cordis sunt 1. Timor Domini: *Conspice timore tuo carnes meas, a iudicis tuis timui.* 2. Mortificatio appetitus & sensuum; immundicia enim & macula non est in opibus, deliciis & honoribus, sed in appetitu, qui nimis ea amat, & ambit, spreto saepe Deo. 3. Constans recollectio & fortitudo ad resistendum solliciti, & mundi invitamentis. 4. Fuga saeculi, & desiderium caeli; hinc cor habemus pyramidale, cuius orificium spectat caelum, contra terram, ut per hoc significet Deus, nos amore, & affectu tantum in puncto debere terram, & terrena tangere: id faciunt Religiosi, qui totum affectum, & conversationem a mundo abstrahunt, ut omnem spem, & amorem in Deo collocent, dicantque: *Mihi autem adhaerere Deo bonum est.* Vis ergo immaculatus esse hoc saeculo? esto peregrinus in mundo, & civis, ac domesticus in caelo. C. in Ep. S. Jac. c. 1. v. 27. ad finem.

Omni custodia serva cor tuum, & qui dem sortus ac diligentius quam domum, agros, thesauros, uxorem & filios; haec enim exteriori tantum egent custodia, ad cor tam interiori, quam exteriori indiget. Sicut milites omni custodia, qualibet diei & noctis hora custodiunt urbem & castra: sic Christianus qualibet hora, & momento custodiat cor suum: *A custodia marina usque ad noctem.* S. Bernardus ait, ex omni parte ab ante & retro, a dextris & sinistris, a sursum & deorsum custodi cor tuum; quia ubique sunt insidiae & pericula. Contra triplicem cogitationem, ait idem S. Bernardus, obmuniendum est cor. 1. Contra otiosam seu vanam. 2. Contra carnalem de cibo & potu. 3. Contra obscenam. &c. C. in Prov. 4. v. 23.

72. Exorandum est virtutibus.

Primum & praecipuum virtutis fundamentum est horror peccati, quo Divinum Cor gravissime laeditur, & facit ut Serviat hie S. Bernardini narratio: Pater quidam, Cimmericus nomine, Parisiense Regulus, tres habuit filios, de quibus dubitavit, an omnes ex legitimo con-

Psalm. 119.

Prov. 4.

Psalm. 129.

S. Bern. serm. 46. inter par. 100.

S. Bernard. serm. 11. inter par. 40.

bio sint geniti. In testamento igitur precepit, ut post mortem corpus suum palo alligeretur, & qui ex filius cor patris proxime fugata tetigerit, ille pro herede habeatur. Duo filii jam emiserant sagittam, cum ecce! tertius expallere, tremere, & sagittam indignabundus abicere cepit, inquit: Abit a me crudele facinus, malo hereditatem perdere, quam in cor amantissimi parentis impie scivere. Hic dein a iudicibus pro genuino filio habitus, & pro herede declaratus fuit. Sic sic, Christianus averfari debet peccatum, tanquam sagittam sacrilegam, qua vulneratur cor JESU, & sic gratum erit Deo cor illius. Ginter, Cor JESU conf. 44. num. 6.

*Paulus
Mar. T. 1.
ann. Jacr.
n. 6.*

Alerum est sincerus & ardens amor Crucifixi. Anno 1636. Romæ piensilimus Sacerdos vivere deliit, cujus cadaver cum iusto amonitu ab anatomicis aperiretur, nullum reperit est cor. Obfupescitibus omnibus ecce! inventum est cor ad pedes Crucifixi appensum instar rose rubrum, Quo prodigio declarare visus est Deus ingentem amorem Dei famuli erga Crucifixum, a quo nec post mortem zvellii potuit. Ginter, Cor JESU conf. 28. num. 8.

Tertium est compassiva meditatio amarissime Passionis Dominice. Cor B. Claræ Virginis, non cruceum tantum & spiritum coronam in se gestavit, sed totam amarissimam Passionis supellestem, qua post mortem in ejus corde inventa est. Ginter, Cor JESU conf. 36. num. 2. & Conf. 5. n. 3.

In corde S. Ignatii Episcopi & Martyris inscriptum fuit sanctissimum Nomen JESU: etiam a leonibus fuerit diabinatus, tamen cor ejus omnino intactum permansit. Ibid. conf. 2. n. 7.

Cor V. Catharine Raconizæ, ad humiles jus preces, a Christo Domino quinque hratum, & purius illi restitutum fuit. Ginter, Cor JESU conf. 3. n. 2.

Sanitas corporis.

73. Est ingens bonum, & homini indebitum.

Uir vicinus tuus æger, claudus, cæcus est? nonne & tu reus es peccati originalis & multorum actualium? David tremuit, & infortunatus est, ut calefieri non amplius poterit: Quare? vidit Angelum, qui 70000 viros interfecit, & quidem sua culpa. Cogitabat apud se: hi

miseri jacent, & ego vel maxime reus sum, quid mihi evenit? B. Ser. 21. n. 18.

Non est census supra censum salutis corporis: Quantum enim bonum fit sanitas, defumi potest ex miseria morbidorum &c. D. 9. 80.

Ufitatum est ab ipsa origine Ecclesie, quod homines claudi, cæci, alique miseri ante portas templorum recumbant, elemosynam pro sua paupertate rogantes, sic scimus, cum Petrus & Joannes ascendebant ad horam orationis nonam, sub porticu templi jacuisse paraliticum, quem S. Petrus sanavit. Sed unde, & qua de causa hic mos? Nemp, ut introeuntes & exeuntes templum sua valetudinis felicitatem meriantur ex infelicitate, & ægritudine miserorum, Deoque grates referant, quod ab ejusmodi infortunis fuerint præservati. Ibid.

Valetudo est basis & fundamentum ceterorum bonorum, ipsam enim essentiam hominis proxime tangit. Misera est vita, qua valetudine destituitur, quia non tam vita, quam lenta mors dicenda est: ægroti in vino, in delitiis, in opibus nullam sentiant voluptatem, quia hanc dolor interceptit, & mentem mærore conficit. &c. C. Eccli. 30. v. 15.

74. Licet sollicitè servetur, tamen facile destruitur.

In descriptione earum plagarum, quibus Deus Pharaonem punivit, singulariter addit: *Occidit in grandine vineas eorum, & moros eorum in pruina: Adverte morus alias ex natura sua contra pruinas secura est, ideo tanquam singularis circumstantia addit, etiam moros fuisse destructas: Pari ratione nulla prudentia, & cautela sufficit ad sanitatem conservandam. &c. B. Ser. 15. n. 27. 28.*

Frustra multiplicas medicamina, sanitas non erit tibi. Hi qui tantopere sanitati student, pluribus gravantur morbis &c. S. Punct. 126. fol. 396. & 397.

Certissimum est, quod sydera, & præsertim luna influxibus suis vehementer agant in sublanaria: Juveni cuidam Germano in singulis mensibus superius labium ad varietatem lune intumuit, & resedit. Nonnulli accepti valentis nova semper luna admonentur, aut cum mensibus variat, novum dolorem sentiunt. Quidam ex utero materno signum natalitium fragi accipiunt, quod quotannis tempore, quo fragarubent, itidem rubuit. In epileptice

verebrium crescente luna humectatur & augetur, decrescere minuitur, & siccat. &c. VV. art. disc. font. 4. Ex. 5. Jam, si iste influxus syderum sit sanitatis inimicus, quis resistet? Comparationes omnes, quibus humane vite fragilitas vento, nubi, navigio, cursori, vaporis, fumo, fillæ, aliisque rebus fragilibus comparatur, valetudini corporis applicari possunt. Arundo est, ad omnem ventum mobilis: eademque remedia, qua hodie profunt, cras nocere possunt. C. Jac. 4. v. 15.

75. Magis amatur quam anima.

Quamprimum ægritudo imminere videtur, statim Medicum vocas: dum vero laborat anima, differis remedia. B. Ser. 24. n. 15.

Cum ægrotas, quam acerba pateris a medicis, ipsa medicamenta non sunt medicamenta, sed tormenta, ait S. Augullinus: nec sanguini, nec membris parcis, sustines scissuras & phlebotomias, abstinens omni humano consortio, luce & ære &c. *Si tanto labore agitur, ut aliquando plus vitatur, quanto agendum est, ut semper vitatur. Ait S. Augullinus. B. Ser. 24. n. 19. & 20.*

*S. Aug.
1. 21. 22.
cio. Dei*

*S. Chryf.
hom. 23.
ad luc. int.
Cor.*

Regulus pro sanitate filie, Hamorrhoidia, Naaman quid non faciunt? pro anima autem quid non mittitur? S. Punct. 127. fol. 395. & seq.

Quandocunque de vita & corpore agitur, semper securiora eligis, & meliora: Navigantem trans mare navim meliorem præ cariosa conducis: ægrotus peritiorum medicum vocas præ minus peritorum itinere securiorum viam quaeris præ minus securo: Quare ergo, ait Chrysolomus,

Secura a cura, vitæque eternitate consistit. B. Ser. 3. n. 13.

Isaacoam æger anima, æger & corpore rogat Prophetam pro sanatione manus arefactæ, non pro sanatione animæ. B. Ser. 65. n. 5. Vide Tit. Anima: Minus curatur quam corporalia.

Nutritimentum Corporis.

76. Labore, & Dei benedictione comparatur.

Deus homini tanquam villico claves dedit ad auram, ad scientias &c. sed quatuor claves sibi reservavit, 1. ad mortem, 2. ad vitam, 3. ad plarias, 4. Ad alimenta. B. Ser. 63. n. 2. 3. 4.

D. Claus Spicil. unvers. Paris.

Postquam terrea protulit herbam virentem, tunc primum Deus creavit stellas, ut nempe fertilitas terræ sibi, non influentia adscribi posset. M. conc. 20. aff. 2. n. 8.

Duo fratres in interiora deserta ex eremo profugientes decreverunt nihil manducare, nisi quod Deus specialiter ipsis submisisset. Ita erantibus gentilibus barbari obviantur, & panem famelicibus obtulerunt: unus accepit tanquam a Deo sibi submissum, alter autem volens a Deo solo pasci non accepit, & inedia mortuus est. E. Indiferetio n. 2.

Benedictio Dei laborem hominis certe felicitabit, si dona Dei grato animo accipiantur: Christus multoties gratias egit: Tu pro frugibus toties collectis quid? *Nescio quo congregem fructus meos? Quid ais imprudens? Meos? O ingratus, nonne Dei sunt? Aratores Ægyptii nunquam calum respiciunt: quia humectationem a Nilo expectant. &c. S. Punct. 156. fol. 593.*

Cur tu labori tuo adscribis, quod Divina potius beneficentia adscribere debuisses? S. Punct. 156. fol. 593. Joseph in solium erectus non Pharaoni, non forti, sed Deo gratias egit. S. lb. fol. 594.

77. Sperandum est a Deo cum magna fiducia.

Sicut ablatus est super matre sua, ita &c. lactentes tantam habent fiduciam in matrem, ut suorum corporum curam nullam habeant. S. Punct. 22. fol. 92. 93.

Homo homini exigua charitatis obligatione constringitur, Deus tot ac tantis voluntibus cavet, quod justum non velit derelinquere, & tamen debitor non tenetur? S. lb. fol. 92.

Deus tam liberalis est, ut tantum opus sit indicare indignitatem: *Domine, quem amas infirmatur, dixit Martha. Eccehiam minaces Antiochi literas tantum ostendit. S. Punct. 63. fol. 220.*

Deus dedit famelico Elie panem in deserto, Danieli in specu leonum, populo in sequela Christi. Beatus Hermannus a Beatissima Dei Matre mirabiliter nutritur; illa enim egenti puero lapidem ostendit, sub quo semper secundum indigentiam pecunias inveniebat. D. 7. 67.

Deus dives est in omnes, qui invocant eum. Rom. 10.

Sicut parvuli panem petant a parente; ita Deus rogari vult. S. Punct. 3. fol. 21. Sec.

Salomon omnes thesaurorum cellas excoluit, ut Regina Saba beneficeret: an putas

putas minus liberalem fore Deum? S. punct. 3. fol. 22.

Christus semper plus dedit, quam fuerat rogatus. S. punct. 3. fol. 23.

Turba a Christo passa saturata fuit, etiam modicum panem acceperit. En! quod Deus dat, esse modicum sic, satiat, quia benedictio Dei accedit. M. conc. 24. §. 2. n. 9.

78. Datur vel negatur a Deo secundum merita & dignitatem hominis.

Cain Abelem foras vocavit in campum. Cur non in hortum pomiferam, in agrum virentem? quia non decebat quod ille locus sit fertilis, ubi nulla est caritas, ait Oliva. *seges non tam in agro viret, quam in foro: ibi legitur sed hic excolitur.* B. Sermon. 65. n. 12.

Isaac in agro Gerara centuplum messuit; quia homo virtuosus erat. B. Sermon. 65. n. 13. S. Cyprianus ait: *Cum Dei sint omnia, habenti Deum nihil deerit, si Deo ipse non desit.* D. 7. 67. Cum Beatissima Virgo Beato Hieronimo ostendit lapidem, sub quo semper secundum indigentiam inveniebatur pecunia, etiam alii acceperunt hunc lapidem, sed nihil invenerunt; quia non adeo erant digni. Ibidem in fine.

Quidam Monachus comedentes vidit, quorum aliqui mel, alii panem, alii lutum comedebant. Admirans ab Angelo edoctus est, eos, qui cum timore Domini mensae assiderent, comedere mel, alios qui cum gratitudine, comedere panem, qui vero cum cupiditate, & voracitate, lutum. Sanchez 5. part. c. 7. fol. 536.

Talis est Deus erga nos, quales nos sumus erga Deum, liberalis erga liberales, parcus erga parcos; *Ingratitudo*, ait S. Bernardus, *exsecrat fontem pietatis.* E contra gratitudo eundem fontem prolificat, & augeat. S. punct. 156. fol. 505.

Unde tua infortunia, unde paupertas? Cur omnis fortuna tibi retro fuit? Quia erga Deum ingratus fuisti, & fontem Misericordiae peccatis obstruxisti. S. lb. fol. 505. Vide Tit. *Providentia Dei*; Mirabilis circa nutritionem & media naturalia &c.

79. Non immoderate querendum est.

Querite primo regnum Dei &c. M. conc. 24. all. 3. n. 6.

Si pilator hamum violenter rapiat, nihil capit: si venator impetuose seque-

tur feram, nihil acquirit: sed sedate, & sine immoderata cura agendum est. M. conc. 24. all. 2. n. 7.

Turba a Christo passa saturata fuit, quia modicum sumpsit: quod Deus dat, etiam modicum sic, satiat. M. conc. 24. all. 2. n. 9.

Sunt, qui negligenter vivunt, & de labore non minus, quam de pane quotidianum parum solliciti sunt, putantes, se a Deo solo debere nutrir: Eremita, nomine Joannes Brevis, putavit se per mortificationem, seu jejunium eo devenisse, ut nullo amplius cibo indigeret; recessit ergo in interiorem cremum, sed brevi desit esse Angelus; fame enim compulsus ad senem rediit, & lamentabiliter cibum petiit. Hi omnium curam in Deum rejiciunt: E diverso alitudo nocturne fatigantur & sudant, atque tempus omnem etiam cum praedictio rei Divinae laboribus impendunt, putantes omnem suam fortunam & sua industria dependere: utriusque errant: alimenta corporis moderate querenda sunt, simul cum labore, & simul cum benedictione Divina. &c.

Natura est paucis contenta: id expertus est Episcopus Tornacensis ab hareticis in carcerem datus: salsus esse, femurquam fuisse vegetiorem, quam in ea videtur exiguitate. C. Philip. 4. v. 15. Item 1. Tim. 6. v. 6. Et 2. Cor. 9. v. 8.

Labor hominis,

80. Est homini proprius.

Cum homo nascitur, in hunc mundum quasi officinam laboris intrat: sicut volucris volatus, ita homini labor convenit, ideo homo otiosus non homo, sed monstrum est hominis. Deus Adamo & Eva perizonata fecit, ubi Tertullianus: Homo pellitur orbi quasi metallo datur. &c. B. Sermon. 6. n. 9.

Vade piger ad formicam. Quid facturus? intueri quomodo congregat in messe, ut comedat in hyeme. Ubi Sanctus Basilus subinfert: O homo, non hoc tempore praesenti fruges tibi recondes? requiemque ad futurum, formica exemplo parabis? B. Sermon. 7. n. 4. Formica laboriosum est animalculum, & in Scripseris formicae laudantur, quia festam diem, id est nonam cuspis mensis polant, & Republicam politicam formant, Astrologiam, Architectonicam & Oeconomiam callent, & alia faciunt. VV. art. disc. font. 49. ex. 4.

Qui-

Quidam veniens ad Abbatem Silvianum, suavitilli ut fratres non sineret operari, Maria enim optimam partem elegit orando ad pedes Domini. Abbas assignavit illi cellam & non vocavit illum ad comedendum. Esuriens ergo frater ipsum venit querens, an fratres non comedent? respondit Abbas: jam comedunt. Quare ergo me non vocarunt? Quia tu homo spiritualis es, non indigens cibo, non autem carnales sumus. Agnovit ille errorem, & deprecatus est. E. *Laborare* n. 4. S. Franciscus fratrem, qui non laboravit, & tamen bene comedere volebat, tanquam inutilem & indignum ordine dimisit. E. *Laborare* n. 9.

Vade piger ad formicam, & considera vias ejus, & discite sapientiam. Formica colligit in aestate, quod hyeme comedit, reponit granula frumenti in cellas suas, meliora seligit, corrupta rejicit, juvat alias in ferendo onere &c. propterea exemplum est laboris & industriae, homini imitandum. C. Prov. 6. vers. 8.

81. Est meritorium, si fiat cum fine debito.

Hec inter brutum & hominem differentia est, quod illud ex solo natura impetu agit; ita si unica ovis in puteum insiliat, caeco ductu sequuntur reliquae, homo autem agit, & agere debet cum fine. Ideo Abbas Moyses suos monachos in omnibus factis, & actis commouit, *Quae est destinatio vestra, quis finis?* &c. B. Sermon. 3. n. 2. 3.

Sed pro dolor! homines fere eodem caeco impetu laborant, quo bruta; ideo ingemiscit Seneca: *Magna vite pars laboratur male agentibus, maxima nihil agentibus, tota aliud agentibus.*

Finis autem, qui cuivis labori praestigi debet, est Dei beneplacitum & gloria! huc literati sua studia, huc opifices sua commercia, huc famuli sua servitia, huc rustici suos conatus convertant, & certi sint, Domino Deo hos labores sibi oblatos tam esse acceptos, quam orationes, & meditationes continuas. S. Richardi manus, qua libros ad Dei gloriam conscripsit, post mortem mansit incorrupta: sic Deus remuneratur omnes alios labores intentione supernaturali sibi praestitos. E. *Laborare* n. 8.

Sicut ergo reatus peccatorum expungi potest per alia bona opera, preces, jejunia, elemosynas & alia; ita & per labores ex sine meritorio susceperit. S. Bernardus Fratris convento, qui in agro mel-

suit, & manipulos collegit, sincere promisit, quod in altera vita purgatorium non sit habiturus. E. *Laborare* n. 10.

Bos mutatus est in Cherub, ita labor, cuius symbolum bos est, mutat hominem in Angelum. C. Ezech. c. 10. vers. 14.

82. Ad nutrimentum hominis necessarius.

Joannes cognomento brevis putavit se mortificationem eo deduxisse, ut postea sine nutrimento vel Angelus vivere. Abiit ergo contra consilium senis in interiore cremum, sed post octo dies rediens, pulsavit ostium senis. Quis adest? Ego sum Joannes! Non credo reposuisse senex; Joannes factus est Angelus, & per totam noctem usque mane non aperuit, illum deinde vero monuit, ut si vellet vivere sicut homo, deberet laborare sicut homo. E. *Laborare* n. 3.

Isaac, licet a Deo benedictionem & divitias promissas haberet, tamen in Geraris sevit, & coluit agros; quia homo & suam operam conferre debet. C. Gen. 26. v. 12.

Jacob in patriam rediens vidit duas Angelorum turbas sibi in auxilium venientes contra fratrem Esau, & tamen illum numeribus placare studuit, & comitatum suum in duo agmina divisit. Sic ergo sperandum est in Deo, ut tamen humana remedia omnia simul adhibeamus. C. Gen. 32. v. 7. Vide supra Tit. *Nutritum hominis*: Labore & benedictione Dei comparatur.

Democritus rogatus, quomodo laboriosi differant a desidiosis, respondit, differunt sicut pili ad impii, spe nimium bona; sperant enim, qui corpus laboribus exercent pingua laborum praemia, desiderat autem semper praesentem inveniunt paupertatem.

Rusticus mortuos vocat filios, eisque ait: Vobis in vita me thesaurum paravi, emque in vinea nostra recondidi. Filii post mortem patris, putantes thesaurum inventuros, totam vineam fodientes evertunt: thesaurum non invenerunt, sed terram fodiendo fructiferam reddiderunt, ita ut vites uberimum fructum tulirint. C. Ezech. 10. vers. 14.

Vestes corporis.

83. Non debent esse ad pompam, sed ad necessitatem.

Vestes protoparentum erant ex pellibus animalium, ut mancipia denota-

tarent, tanquam ad latonias damnata. Homo pellibus ubi quasi metallo datur, ait Tertul. Terullianus. B. Scem. 6. n. 5.

Vestes Israelitarum per 49. annos itinerantium una cum illis excreverunt, nunquam rumpuntur, aut atteruntur. Sanctus Apollonius in deserto Thebaidis vivit 40. annis, & illius vestes nunquam veterascent. Idem enarrat Sanctus Ephrem de Abrahamo Eremita. Sancta Maria Aegyptiaca 47. vivit in eremo, primis septendecim tantum duobus panibus victitans, reliquis triginta sine cibo vitam egit, & vestibus consumpsis nuda, frigore & aestu tosta est, ita ut videretur Ethiopissa &c. C. Dent. c. 8. v. 4. Quae, an unquam expertum habetur, vestes mundanas, aureas, argentaeas, ferreas, aequae a Deo fuisse conservatas.

Ab omnibus SS. Patribus vestes pomposa & luxuriose damnantur: S. Cyprianus ait: Virgines sericam, & purpuram induere Christianum induere non possunt. S. Basilii: Sicut procella naves dispergunt; ita pravi mulierum (in vestibus) affectus, debiles animas corrumpunt. S. Nazianzenus: Nobilibus feminis non aurum, nec pigmenta ornamentum afferunt, sed motum probitatis. S. Hieronymus de vestitu inverecundo ait: Candidos nudae humeros, & quasi videri noluerit, celare festinat, quod volens detexerat. S. Augustinus: Hominis ornamenta, quanto magis appetuntur, tanto sunt hominis interiora maiora detrimenta. S. Petrus Eremita: Si pictor egregius pinxisset imaginem, & alias si alios colores induceret, pictor sane excaecasset: ita & Deus naturae nostrae opifex irascitur, cum eius sapientiam inficitur accusatis. C. in Isa. 3. v. 26.

Deus in paradiso parentes vestivit ex pellibus 1. ut haec vestes Adamo, & Eva tam aetate quam hyeme sola inversione fervirent. 2. ut nuditatem contegerent, & aeris iniurias arcerent. 3. Ut singularitatis & continentiae signum sine, ideo non panno, aut serico, sed pellibus eos vestivit. 4. Ait S. Augustinus, ut sine continentium monitum mortis, ideo erant ex pellibus animalium mortuorum. &c. C. Gen. fol. 38. col. 2. D. 12. 66.

Sanctus Asterius culpavit vestes sui temporis, quibus multi ad emulationem picture vasa animalia, volucres, aut Veteris vel Novi Testamenti historias intentas gerbant, admonens, ut potius cultui animae, quam corporis per virtutum exercitia vacarent. D. 1. 67.

S. Aug. lib. 2. de Gen. cont. N. 1. 1.

Imperator Augustus Velle non tenere aliquid quam domestica usus est, ab uxore & sorore, nephibusque confecta. Imperator Carus croco quidem utebatur, sed sine auro, eoque ornato in viridi humo iacens, atque fumigatam carnem porcinam comedens legatos Parthorum excepit. Imperator Julianus dicere solebat, turpe esse sapienti, cum animum habeat, captare laudes ex corpore. Soc. D. 2. 33.

Imperator Tiberius prohibuit vestes fericas, imo nec ipse talibus usus est. Effetque laudabile, ut hac in re hominum superbia limes poneretur; sunt enim vestes pure ad necessitatem, & decemtam. Praefertim mulierum ambitio hac in re frandana est. &c. D. 9. 37.

Qualitates corporis humani.

84. Admiranda fortitudo.

Vilhelmus Comes Batavus mulierem giganteam secum in Galliam duxit, quae ex utraque manu dolium vini quatuor centenarium, velut duas ampullas gerere poterat. F. 3. l. 6. fol. 196. VV. font. 45. ex. 1.

Carolus Magnus Imperator tanta erat fortitudinis, ut virum una manu de terra levare usque ad humeros posset. Vir quidam Helvetus sub eodem Carolo Magno contra Venetos, & Avares pugnans tanti roboris erat, ut octonos saepe armatos hasta sua avicularum instar confixos supra humerum portaret. Scanderbegus ille, seu Princeps Georgius Castriotus uno ictu cataphractum findere poterat, Mahometi Turcarum Imperatori ensim illius videre cupienti, manum se retinuisse ajebat. Kormmanns fol. 247.

Milo Crotonensis nudae manus pugno tauros sternebat, & dein una die solus abluiebat, sed cum discipulum quertum manibus findere veller, arbor in se rediens ita manus Miloni constrinxit, ut ibi deventus seris in pradam cesserit. Kormm. 251.

Claudius II. Caesar digitis ita validus fuit, ut ictibus digitorum singulari, singulosque dentes excussisset. Kormm. fol. 254.

Apud Indos tanta proceritas fuit homines, ut maximis elephantibus tanquam equis uterentur. Patagones in America sunt admodum proceri, qui una bucca duas carnis libras sumunt, & tantum aequo haustu bibunt, quantum duodecim hominibus sufficere posset. VV. art. disc. font. 45. ex. 1.

Sueton. 4. 73.

Majest. in dec. 1. 15. de Civ. Dei. 1. 9.

Mila l. 2. 4.

In Sicilia inventi sunt dentes, quorum singuli tres libras appendebant. S. Augustinus vidit dentes centuplo majores usitatis. Lodovicus Vives testatur, se vidisse dentem molarem pugno majorem. VV. art. disc. font. 45. ex. 3.

85. Admiranda magnitudo.

In Monasterio VVildaviensi prope Onipontum ostenditur sepulchrum Haymonis Gigantis, quindecim pedes longum. Kormmanns fol. 23.

Sanctus Augustinus affirmat, se vidisse dentem molarem hominis centuplo majorem usitatis. In Sicilia reperitum est corpus Gigantis, cujus singuli dentes trium librarum pondus habere comperit sunt. Kormm. fol. 32. & seq.

Corpus Pallantis anno 1939. reperitum aequabat altitudinem Mecenium Romanorum. Ludovicus Vives narrat se vidisse dentem hominis pugno aequalem, & ad hunc majorem Tiberio Imperatori oblatum fuisse perhibet Majolus. D. 1. 55.

Tempore Theodosii Vir erat in Syria quinque cubitorum & unius spatiam. In quadam Insula inventum est corpus hominis ad decem cubitos longum. Trapani in Sicilia quidam rustici invenerant speluncam, in qua sedebat immanis gigas malo navali altitudine aequalis, in manu clavum tenens: ubi aer in speluncam irrupit, totus in pulverem concidit, & plumbum clavi mille quingenta pondus librabat. In Africa in agro ab arantibus invenitur calvaria humana undecim palmos in circumferentia complectens. D. 3. 92.

Exigua statura.

86. Non obstat excelsio animo.

Thomas de Vio ex Ordine Sancti Dominici vivebat in Conventu Mediolanensi, cum a Ludovico Sforzia Principe ob humilem personam despectus fuerat, a suis contrariis laudatus est dicendo, esse Virum doctissimum, ac sanctissimum: atque ita res se habebat, factus est postmodum Cardinalis sub nomine Cajetani. Principi autem Ludovico repofuit illud: Ipsa fecit nos, & non ipsi nos. Philopemenes celeberrimus bellidus erat exiguae personae: cum Megare expeclabatur, joci causa ille solus sine familia in hospitium anteibat, & ecce, hospitiis parans cum esse ex praecursoribus unum

praecipit illi, ut ligna finderet ad sacrum, paruit ille, & amicus dein admittens dixit: Iuo humilitatem persone. D. 2. 2.

S. Gregorius Taurinensis urbi Cumanae Episcopus praefecit Alexandrum Christianum Philosophum, qui licet ex humilitate minus carbonarii exercebat, & corporis statura vilis erat, tamen excelsio animo, ac virtute pollebat. D. 3. 56.

